

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Præbendis & Dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium. Tit. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

fentur, sed sonant, ut dicunt, in nōmen *Rectorie* vel *Capella*, vel *Pri-
oratus*; distinguendorum judicamus. Et quidem tribus positis cas-
ibus. Quorum *primus* erit de *Præbendis & Dignitatibus Ecclesiarum
Cathedralium*; Alter de *Collegiatarum Præbendis*; *Tertius* de ceteris
Beneficiis, seu *Præbendis*, quæ nomine Collegii non veniunt: Idquā
vix Episcopo, vel morib.^o

TITULUS V.

De Præbendis & Dignitatibus Ecclesia- rum Cathedralium.

S U M M A R I A.

1. *Ad quem Præbenda-* 4. *Quid si Episcopus &*
rum Ecclesiarum Cathe- Capitulum concordes
drialium pertineat pro- sint.
viso, controversum. 5. *Quid si discordes.*
2. *An ad Episcopum, &* 6. *Allegans discordiam*
quomodo. 7. *Quando valeat Collatio*
3. *An hoc etiam obtineat facta à solo Episco-*
in earum Ecclesiarum po &c.
Dignitatibus. 8. *Quid servetur moribus.*

DE Beneficiis, & Præbendis, & Dignitatibus Ecclesiarum Cathedra-
lium est casus primus

Controversus: Variae enim circa carum provisionem sunt
opiniones.

Prima est; Eam pertinere ad Episcopum cum consensu Capitu-
lii Compostellani, ad c. cum Ecclesia. 3. de causs. possess. per c. ea noscitur. de
[1] 3

nus
onis
Ecclesiast.

I V.

bis quae fuit à Prælat. Sely ad benefic. part. 2. quæst. 22. casu. 4. *ad numerum* Duarenus de benef. lib. 3. cap. 4. dicit; Receptius est præbenda Ecclesiæ Cathedralis, ac Dignitates Eiusdem ab Episcopo conferriri, sed intus Codicij Ecclesiastici consensu accedente; Nisi contraria ostendatur consensu d.c. ea noscitur. not. in d.c. cum Ecclesia.

Ab ea recedit Hostiensis in d.c. cum Ecclesia. & vult provisio[n]e spectare ad Episcopum cum consilio Capituli. per e. novit. 4. cum seq[ue]ntia his quae fuit à Prælat. Quem sequuntur Aegidius. decif. 69. Cornille tract. de benef. cap. 4. num. 5. Zechus de benef. & pension. Eccles. cap. 2. et Ordinarii etiam. per c. illa. 2. Ne Sede vacante. Dartis tract. *cum seq[ue]ntia* cap. 6.

Glossa in d.c. cum Ecclesia. & c. fin. verb. communiter. De *supp[on]ita* negl. Prælat. & in c. irrefragabili. verb. per Capitulum. De *supp[on]ita* ordin. & can. I. §. 1. verb. dispont. dist. 2. Abbas in d.c. cum Ecclesia. num. 1. Francus num. 1. aliique in c. à collatione. de appellat. in 6. Quos sequuntur alii, allegati per Garciam tract. de benefic. part. 5. cap. 4. num. 11. pertant eam ad Episcopum & Capitulum simul perrinere. Quam omninem communiorum esse dicit Mandos. in regul. Cancell. 18. *seq[ue]ntia*. Et Rota hodie sequitur Caffad. decif. 22. de præbend. Pute. decif. 11. *seq[ue]ntia* lib. 3. Achill. decif. 26. 7. seu 4. de præbend. Garc. d. loc. num. 14. Fudatur in d.c. cum Ecclesia. in fin. in d.c. fin. & c. ea noscitur. & c. posse post de concess. præbend. in d.c. à collatione. & c. quad quibusdam de fidei propter quia nonnullis. §. verum. de Magistris. & in Regula. Quod omnes agit, deber ab omnibus approbari. in 6.

2. Garcias d. loc. num. 16. vult ex c. un. Ne Sede vacante. in 6. nullum dictarum opinionum jure probari satis. Magis tamen probat ultimum. Quam Nos rejicimus; & probamus secundum, *cum Dartâ d. loc. 11.* musque in conferendis præbendis, Ecclesiarum Cathedralium processere debere Episcopum cum Capituli sui non consensu; sed consilio. d. novit. 4. & c. quanto de his quae fuit à Præl. & c. Longe namque differunt consilium à consensu. Qui enim teneat cum consilio alienius aliquod agere satisfacit se ejus requirat consilium; non necesse, ut illud fecerit. Propterea que potest Episcopus, post consilium sui Capituli re quisitum, liberè conferre beneficium cui voluerit, sed non nisi idoneo.

Coryi De Pers et Benefic.

G

S. Z.

et cum omnibus de arbitrio. Nec repugnat huic sententia. Quod saepius præbenderes reperiantur instituta de bonis communibus Ecclesiae, quæ & Episcopi & Capituli sunt, & propterea; Quod omnes tangit ab omnibus videatur deberi approbari: d. c. ad bac. 7. in fin. de offic. Archid. 1. Quia bonorum Ecclesia dispositio & ordinatio, de veteri & communi jure, solum pertinet Episcopum. can. omnes. can. nullus. 16. quo. 7. 2. Quia id. c. ad bac. 7. in fin. Decani Rurales ideo ad Episcopi & Archidiaco mandatum sint & instituti & destituti debere dicuntur; quoniam unusquisque est officium hoc commune; proptereaque dicitur: *Quod non est constat, &c.* Et sic cessat & Garcia d. loc. & Caffad. aliorumque quos sequitur; opinio.

An, quæ diximus, obtinere in collatione præbendarum Ecclesia 3
Cathedralis; etiam obtineant in Ejus Dignitatibus; est inter Canonicas contoversum. Earum collationen de Jure esse communem Episcopo & Capitulo volunt Abbas in d. c. cum Ecclesia. num. 8. Franc. in d. c. ex collatione. 1. notab. Duaren. d. tract. & cap. Selva d. loco. aliquie rescripsi Garcia d. loc. n. 20. Alii volunt eas esse per Capitulum electivas, electionis confirmationem pertinere ad Episcopum. Oldrad. conf. 146. Domini. in. deliberatione. 6. de offic. Legati in 6. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 30. num. 7. alitq. per eundem Garciam d. loc. num. 22. allegati. Ipse Garcia d. loc. cum 23. putat, probari jure nullo posse Ecclesiæ Cathedralium Dignitates omnes esse electivas; multò minus in eis *juxta*
quæ propter d. elect. ut vult ibi Oldrad. fieri debere electionem soleantur. Faretur, & rectè; aliquas esse tales, sed ex consuetudine: vel privilegio; &c. ut patet ex c. dudum. rer. eod. d. c. deliberatione. & dicit in multis Cathedralibus Ecclesiæ in Hispania, vigere eam consuetudinem, ut Collatio Canonicatum & Portionum, communis sit Episcopi & Capituli; Dignitatum verò solius Episcopi. num. 26. Merito. Atque enim Capitulum majus jus in eis haberet, quam in Præbendis, cum tamen deberet habere minus: Cum de Jure non sint de Capitulo; uno ne habeant partem in mensa in Ecclesiæ aliquibus. Idem num. 25.

Casu, quo Collatio pertinet ad Episcopum & Capitulum simul; 4
Hoc totum vocent habet unam, alteram Episcopus solus. Probus in Rota de iure patron. n. 14. Rota decisi 783. lib. 3. part. 3. Garz. d. loc. n. 27. 2. Quod.

nus
omnis
Ecclesiæ
IV.

Quod si fuerint discordes; ita ut Capitulum, aut Ejus pars major
contulerit unius, alteri vero Episcopus; neutra erit valida Collatio. *Jux*
Andr. Domin. num. 4. Franc. num. 2. in d. c. ex collatione Abbas in d. c. cum
Ecclesia. num. 11. Pavin. de offic. & potest. Capit. Sede vacante. s. prebendio. Selva. d. tract. de benef. 2. part. qu. 17. num. 4. & 5. & 3. part. qu. 11. Prob. d. loc. num. 9. & 19. c. cum in illis. de prebend. num. 15. & qu. 11. regular. in 6. num. alioq. alleg. per Garciam d. loc. num. 29. Eaque opinio est communis. Felin. in c. pastoralis. num. 9. de rescript. Rochus de jure

patronat. verb. *Ipse vel Is. num. 7. Cassador. decif. 2. de Jure patron.*

Possumus tamen intra semestre datum ad conferendum, in unum ex provisio in discordia, vel in alium convenire; Nisi interim providebit, ut potest, etiam sequenti die a discordi collatione; *Prob. in l. Rubr. ex num. 8. Rebuff. conf. 60. 2. qu. 1. b. alteri Papa.*

Quod sinequidem Hic praevident, nec illi intra semestre concaverint, devolvetur provisio ad Superiorem: *d. c. postulatis. Abba d. c. cum Ecclesia. num. 12. Prob. in d. c. cum in illis. de prebend. in 6.*

Qui, ut impetrat prebendam a Papa, (allegans inter Episcopum & Capitulum esse in providendo discordiam,) an eam sufficienter probare debeat, an vero sufficiat iustificare semelche's queritur. Variatum hic in Rota. Primum fuit resolutum inquit Idem Garcia d. loc. num. 36. cum seqq. in Hispanensi Portionis, 20. Junii 1594. Alterum in Eadem 17. Martii 1595. & 18. Martii 1596.

Collatio Prebenda ad Episcopi & Capituli, simul collationes spectantes, si facta ab Episcopo solo, vel a solo Capitulo, & non committente vel Episcopo, vel Capitulo infra semestre, valet. Fieri enim potest separatim. *Puteus decif. 117. & 125. lib. 3. Achilles decif. 26. seu 4. de prebend. Mandos. ad reg. Cancell. 17. qu. 14. Ut & fuit resolutum in Rota. teste Garcia d. loc. num. 42. cum seqq. Adeo ut Papa provisio alteri postea facta non subsistat. Achilles. d. decif. ex num. 11. d. Mandos. d. qu. 14. reg. 17.*

Qua subsistit, si facta infra semestre contradicito. *Garcia d. loc. num. 46.*

Sed in hoc & Canonum, & Canonistarum, & Dominorum de Rotarum, conflictu animadvertendum, quandoque. *Lege, conjecturade, pro-*

Coryi De Pers er Benefi E

G

5. 2.

privilegio, reperiri caatum, ad quem Præbendarum pertineat Collatio; quandoque non reperiari. Hoc casu procedet, quod diximus, ut conferat Episcopus cum Capitulo sui consilio. c. cum ex injuncto. in fin. de hærit. & c. 3. de excessib. Prælat. Ills, servabitur Lex aut Consuetudo; Veluti, si consuetudo sit, ut Capitulum eligat Canonicos Episcopo irrequisito, quemal consuetudinem esse in Thuscia dicit c. cum Ecclesia. de elect. & intellexi esse in Germania; solum conferat Capitulum; si ut Archidiaconus, solum conferat Archidiaconus; c. cum venissent. de institution. si ut Abbas vel Prælatus alterius Ecclesie, is solum Præbendarum habebit Collationem: ut inc. fin. eod. si ut tam Episcopus, quam Capitulum; utrumque conferre necesse est: c. postulatis. de concess. præbend. & c. fin. de suppl. negl. Prælat. si ut ipsa Ecclesia Cathedralis, Episcopus cum consilio sui Capituli conferat; c. ea noscitur. de his que sunt à Prælat. sine conf. Capit. Quia cum Ecclesiæ illud jus specialiter sit datum, intelligitur tam Ecclesiæ quam Episcopo datum: arg. c. requisiti. I. 5. de testam. proptereaque si non consenserit Capituli pars major, irritæ erunt Collationes ab Episcopo factæ: Dart. d. loco.

Notandum, quando collatio Beneficiorum pertinet ad Capitulum; consuetudinem nonnunquam esse tales, ut conferat non totum Capitulum, sed ejus vice ac authoritate singulares Canonici. c. fin. de præbend. in 6.

TITULUS VI.

De Præbendis Ecclesiarum Collegiatarum.

SUMMARIÆ.

- | | |
|--------------------------|--------------------------------|
| 1. Quod Præbendarum est. | 2. Quæ receptio. |
| Dignitatum Ecclesiarū | 3. Quæ ejus limitatio. |
| Collegiatarum collatio- | 4. Quæ inveterata præscriptio. |
| nem sententia varia. | |

[K]

Secundum

nus
omnis
Ecclesiast.

I. V.